

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Freiburger Urkundenbuch

Texte

Hefele, Friedrich

Freiburg i.Br., 1951

1 - Rheinau 1284 Januar 18: Bischof Rudolf von Konstanz beurkundet in dem Streit zwischen dem Kloster Schaffhausen und dem Freiburger Bürger Johannes von Stühlingen über den Hof von zu Talhausen den ...

[urn:nbn:de:bsz:31-70566](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-70566)

Bischof Rudolf von Konstanz beurkundet in dem Streit zwischen dem Kloster Schaffhausen und dem Freiburger Bürger Johannes von Stühlingen über den Hof zu Talhausen den von Lütold von Rötteln, Propst zu Granfelden, gefällten Schieds-
 5 spruch, daß Johannes von Stühlingen dem Kloster Schaffhausen zu dem seinerzeitigen Kaufpreis noch 13 Mark Silber aufzahlen soll.

Or. Karlsruhe GLA.: 24/55 (Kloster Tennenbach). Von den 7 Siegeln von gleichem Wachs 5 (1. 2. 5. 6. u. 7.) an rötlich-weißen, 2 (3. u. 4.) an weißgrün-weißen, im übrigen gleichartigen Bändern von Leinen mit Wolle: 1. oval
 10 (60/40)¹. Bischof thronend, unter dem Postament ein kleiner Löwe (?)². ☩ SI · RVDOLFI · DEI · GRA · EPI · CONSTANCIEN; 2. (besch.) oval (45/32). Oben unter Baldachin Maria (Hüftbild) mit dem Kinde, unten Schild der Herren von Rötteln: oben wachsender Löwe, unten Wolkenfeh. S · SILIEN³; 3. (besch.) spitzoval (48/32). Abt auf Faltstuhl sitzend, mit Krummstab in der Rechten und Buch in der Linken. [☩ S ·] VLR · E · VS ·; 4. (besch.) spitzoval (50/30). Sitzende Gestalt. Umschrift unleserlich; 5. oval (68/48). Maria gekrönt mit Nimbus, sitzend, mit Kind, in der Rechten die Weltkugel mit Kreuz⁴. ☩ SCA · MARIA · [CON]STANTIENSIS · ECCLESIE · MATRONA; 6. spitzoval (45/48). Geistlicher mit Buch in der Rechten und Schlüssel in der Linken⁵. ☩ · S · HAINRICI · THE · . . . ECCE · O · STAN; 7. oval (45/30). Oben Maria (Hüftbild) mit Kind, l. kniender Geistlicher, unten 3 Kniende flehend. ☩ S · C · . . . COSTANTIEN · [I ·] BRISGAVG. Rückvermerk (14. Jh.) Talhusen littera prima.

Geschrieben von sonst nicht vertretener Hand, also kaum von einer Hand des Klosters Tennenbach, das nach dem Wortlaut der Urkunde an der Sache besonders interessiert war und in dessen Besitz, wie der Rückvermerk beweist, die Urkunde schon bald gelangt ist. Ob ein Schreiber des Bischofs von Konstanz in Frage kommt, läßt sich auf Grund von Heinemann Beitr. UB i Konst. nicht feststellen; es dürfte aber Ausstellerherstellung anzunehmen sein. Zu beachten ist die Linierung mit Tinte, an den Seitenrändern die senkrechten Doppellinien. Die Schrift hat Buchschriftcharakter, besonders charakteristisch sind die p mit der Abrundung nach rechts. Die Siegel scheinen sämtlich aus demselben Wachs zu bestehen, was neben der gleichen Beschaffenheit der Bänder der Siegel 1. 2. 5. 6. 7 (s. oben) für Gleichzeitigkeit der Besiegelung spricht. Die Bänder der Siegel 3 u. 4 sind von den andern auch in ihrer stofflichen Beschaffenheit etwas verschieden, dürften also anderer Herkunft sein wie die übrigen. Die Verschiedenheit der rückseitigen Eindrücke ist wohl bedeutungslos. Doch sind beim

1 ¹ Zweites Siegel Bischof Rudolfs. Vgl. Heinemann a. a. O., S. 98; Abbildung bei Weech, Siegel von Urkunden aus dem . . . Generallandesarchiv zu Karlsruhe, Serie I Tafel 15 n. 5. ² Von Heinemann a. a. O. als Wappentier der Grafen von Habsburg-Laufenburg, deren Geschlecht Bischof Rudolf angehörte, gedeutet. ³ Vgl. die Beschreibung bei O. Roller, Geschichte der Edelfherren von Rötteln, in: Blätter aus der Markgrafschaft 1927, S. 149; Abb. ebd. Tafel II n. 12 und Bast. UB. I Tafel III n. 27. ⁴ Vgl. die Abbildung bei Weech, Codex Diplomaticus Salemitanus I Abb. n. 43 nach besserer Vorlage. ⁵ Vgl. die Abbildung bei Weech a. a. O. n. 126 nach besserer Vorlage. Dieses Siegel erscheint in der Haltung der Figur wie in der Faltung des Gewandes etwas verschieden. Vielleicht handelt es sich um verschiedene Schnitte.

Siegel des Bischofs die unter ihm aufkommenden (Heinemann a. a. O., S. 93) schräg durchlaufenden 3 Rinnen auffallend.

Zur Sache vgl. Bd. 1 n. 173.

Rūdolfus dei gratia Constantiensis episcopus universis presentes litteras inspecturis rei geste noticiam cum salute. Orta dudum questionis materia inter dilectos in Christo . . abbatem et conventum monasterii Schafusensis nostre dyocesis ex una et Johannem de Stūlingen civem Friburgensem super curia Talhusen ex parte altera partes ipsas post altercationes diversas hinc inde habitas ad nostram vocari fecimus presentiam sub spe pacis et concordie faciente. Quibus itaque in nostra presentia constitutis iniunximus, ut facti¹⁰ seriem et cause merita nobis referrent, ut deliberatione super relatis habita diligenti litem eandem ad bonum pacis et concordie reduceremus bonorum consilio mediante. Cumque . . abbas et conventus predicti monasterii Schafusensis curiam in Talhusen cum iuribus et pertinentiis suis, quam dictus Johannes spacio XX^{ti} annorum et amplius pacifice et quiete tytulo emptionis¹⁵ possedit⁶, monasterio suo Scafusensi constantius assererent attinere, ipse Johannes pro intentione sua fundanda super contractu venditionis curie predictae ex parte ipsius abbatis et conventus legitime facto instrumentum autenticum et publicum sigillatum sigillis venerabilis patris ac domini E[berhardi] dei gratia Constantiensis episcopi predecessoris nostri et capituli Constantiensis, . . ab-²⁰ batis et conventus monasterii Schafusensis et universitatum civium de Friburg et de Schafusa non abolitum non concellatum^a nec in aliqua sui parte viciatum exhibuit coram nobis, cuius tenorem de verbo ad verbum presentibus inscribi fecimus in hec verba. In nomine domini amen. Notum sit *usw.*⁷ Post multos autem tractatus hinc inde habitos nobis scientibus et consen-²⁵ tientibus et auctoritatem prestantibus dicti . . abbas et conventus nomine sui monasterii Schafusensis et dilectus in Christo . . abbas de Tennibach ordinis Cysterciensis nostre dyocesis nomine dicti Johannis de Stūlingen super dicta causa compromiserunt in virum honorandum dominum Lūtoldum de Rötellein⁸ prepositum Grandis Vallis⁹ tamquam in arbitrum arbitratorem³⁰ seu amicabilem compositorem sub periculo cause et sub fide prestita nomine iuramenti hinc et inde promittentes bona fide ordinationem seu prononciationem ipsius ratam inviolatamque servare in toto et in qualibus sui parte, ita quod pars veniens contra eius ordinationem seu prononciationem periculum et periculum cause incidat ipso facto prononciatione nichilominus in suo robore³⁵

1 ^a sic

⁶ Daraus ergibt sich ein Anhaltspunkt für die nähere Datierung der Urkunde Bd. 1 n. 173, die demnach in das Jahr 1264 oder etwas früher fällt. Mithin hat Johann Slegelli den Hof schon bald veräußert. ⁷ Bd. 1 n. 173. Es ist beispielhaft, daß diese Urkunde, die im Besitz einer bürgerlichen Familie blieb, verloren ging, während die Urkunde, die in den Besitz des Klosters Tennenbach gelangte, erhalten blieb. ⁸ Über diese Persönlichkeit und ihr schiedsrichterliches Wirken vgl. Roller a. a. O., S. 32 ff. ⁹ Die Propstei des Chorherrenstiftes Münster Granfelden hatte Lütold von Rötteln also nicht erst seit 1286 inne, wie Roller (a. a. O., S. 33) annahm.

permanente. Idem vero dominus Lütoldus habito consilio magistri Heinrici thesaurarii . . . officialis curie Constantiensis¹⁰ et magistri Cūnonis de Brisacho archidyac[oni] per Brisgaugiam¹¹ sic arbitratus est, quod predictus Johannes de Stūlingen XIII marcas argenti solvere debeat . . . abbati et conventui ante-
 5 dictis in supplementum precii soluti et traditi tempore venditionis facte et quod ipse Johannes curiam in Talhusen cum omnibus iuribus suis et pertinenciis supra specificatis secundum formam et tenorem instrumenti predicti possidere et tenere debeat tamquam suam pro se suisque heredibus perpetuo pacifice et quiete. Dictus etiam abbas Schafusensis et monachi singuli de suo conventu
 10 dicto domino Lū[toldo] hoc pronunciante et ordinante fide prestita nomine iuramenti in capitulo monasterii Schafusensis renunciaverunt omni iuri, quod ipsis seu monasterio ipsorum in ipsa curia Talhusen competeat, ad manus domini . . . abbatis de Tennibach nomine Johannis prelibati et ipsius monasterii Thennibacensis, cui idem Johannes de Stūlingen medietatem omnium bonorum
 15 suorum dicitur libere contulisse¹², promittentes etiam venditionem ipsam, prout superius in instrumento expressa est, cum singulis suis membris et articulis ratam habere et non contravenire verbo vel facto vel ingenio quocumque. Renunciantes beneficio restitutionis in integrum, doli vel quod metus causa et specialiter beneficio canonis XII q. II¹³ sine exceptione et generaliter omni
 20 exceptioni et defensionem seu actioni, litteris impetratis et impetrandis, per quas pronuntiatio dicti domini Lütoldi et instrumentum prius habitum cum omnibus et singulis in eodem contentis possent impugnari aliquatenus vel elidi. In evidentiam omnium premissorum nos prenominatus R[üdolfus] dei gratia Constantiensis episcopus et nos capitulum eiusdem ecclesie ad petitionem partium
 25 sigilla nostra appendimus ad presentes. Nos vero Uolricus abbas monasterii Schafusensis et nos conventus predicta omnia et singula approbamus ratificamus et ad eorum observationem perpetuam et inviolabilem nos nostrumque monasterium et nostros quoslibet successores sub penis predictis presentibus obligamus sigilla nostra in testimonium omnium premissorum presentibus appendendo. Nos vero Lütoldus prepositus prelibatus Grandis Vallis ar-
 30 biter seu arbitrator electus a partibus predictis sub forma prescripta pronunciamus litem ipsam decidendo sigillum nostrum unâ cum sigillis magistri Heinrici thesaurarii . . . officialis curie Constantiensis et magistri Cūnonis de Brisacho in testimonium premissorum presentibus appendendo. Nos vero magister
 35 H[einricus] thesaurarius . . . officialis curie Constantiensis et nos magister Cūno de Brisaco archidyaconus per Brisgaugiam, qui dicte pronuntiationi interfuimus, sigilla nostra ad petitionem ipsarum partium appendimus ad presentes. Nos etiam prenominatus Uolricus abbas humilis et nos frater Cūn-

1 ¹⁰ Er war bisher letztmals durch eine Urkunde vom 18. Okt. 1282 (*REpConst.* 1 n. 2567) bezeugt. ¹¹ Über ihn vgl. *REpConst.* 1. Er war Domherr zu Konstanz und mit dem vorgenannten Thesaurar 1280/82 Stellvertreter des Bischofs von Konstanz gewesen. ¹² Dies war am 30. September 1283 geschehen; s. *Bd.* 1 n. 367. ¹³ c. 52 C. XII q. 2 (*Friedberg, Corpus Juris Canonici* 1, 704).

radus prior, Heinricus de Luppis¹⁴, Waltherus de Escha¹⁵, Uolricus de Bette-
lingen¹⁶, Cûnradius cellerarius, Nicolaus Swencher, Berhtoldus, Johannes ca-
merarius, Diethelmus custos, Jacobus, Cûnradius, Lûtoldus, Waltherus et
Heinricus sacerdotes, Gôswinus, Cûnradius, Jacobus, Cûnradius, Burchardus,
Eberhardus et Burchardus dyacones, Johannes, Rôdigerus, Burchardus sub-
dyaconi, Petrus, Heinricus, Waltherus, Cûnradius, Johannes, Hezil, Heinricus,
Cûnradius scolares monachi monasterii Schafusensis nomine nostro et omnium
et singulorum seniorum et iuniorum de nostro conventu¹⁷ venditionem dicte
curie Talhusen et pronunciationem factam per honorandum dominum Lûtol-
dum de Rôtellein prepositum Grandis Vallis ratam et gratam habentes pre-
missa omnia et singula, prout narrata sunt, acta fore coram nobis presentibus
profitemur appendentes nostra sigilla¹⁸ presentibus in testimonium veritatis.
Datum et actum apud Rinaugiam Constantiensis dyocesis anno domini
M^oCC^oLXXXIIII in die beate Prisce virginis indicione XII^a.

St. Gallen 1284 Januar 22¹⁵

Basel 1284 Januar 31

Abt Wilhelm von St. Gallen, Heinrich, Pförtner und Propst im Breisgau¹, und
das Kapitel des Klosters St. Gallen tun kund: quod facta vendicione posses-
sionum in Egringen Hospitali pauperum in Basilea a quondam Elizabeth
relicta quondam Wilhelmi militis de Lene et Agnesa filia sua cum auctoritate²⁰
consilio et consensu dilectarum in Christo . . . abbatisse et conventus sancte
Clare in Friburg, ubi res et personas deo dedicaverunt, quas possessiones eodem
Elizabeth et Agnesa a nobis et monasterio nostro iure hereditario et sub annuo
censu videlicet quatuor librarum et quinque solidorum monete brisgaudiensis
singulis annis in festo beati Galli persolvendorum habuerunt, nos attendentes,²⁵
quod dicte possessiones monasterio nostro vacare deberent, tum propter hoc,
quod dicte possessiones nobis non fuerint exhibite secundum morem debitum,
tum ex eo, quod dicta relicta decessit et filia sua monasterium est ingressa,
dicte vendicioni consensum nolimus adhibere. *Schließlich geben sie auf Bitten
des Bischofs Rudolf von Konstanz nach und verleihen die Güter recepta resigna-
cione an Burkard, Scholaster von St. Peter zu Basel, namens des Spitals zu Basel
unter genannten Bedingungen.*

Basl.UB. 2, 253 n. 438 = St.Gall.UB. 4, 1025 n. 137 nach dem Or. im Spital-
archiv Basel.

1 ¹⁴ vielleicht der heutige Ort Maienfeld, Kt. Graubünden, 1290 als „Lupis“ be-
zeugt. Hist.-biogr. Lexikon der Schweiz 4. 794. ¹⁵ unbestimmt
¹⁶ vielleicht Groß- oder Kleinbettingen, O.-A. Nürtingen. ¹⁷ Demnach stellen
die genannten 33 Mönche nicht den ganzen damaligen Konvent dar. Man unter-
schied in der Rangfolge der Mönche zwischen den älteren und jüngeren nach der
Zeit des Eintritts. Vgl. K. Beyerle, Die Kultur der Abtei Reichenau I (München 40
1925), S. 274. ¹⁸ Kann sich nicht auf alle Genannten, sondern nur auf das
Siegel des Konvents beziehen.

2 ¹ Vgl. n. 26 Note 5.